Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 62 [Verbleib unbekannt]

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 133.

Cod. LXII. deest

membran. 4to. Sæc. 15. 1. 5.3.

Porphyrii Isagoge de quinque Prædicabilibus Aristot.

1.

Porphyrii Isagoge de quinque prædicabilibus Aristotelis. Titulus est: "Incipiunt ysagoge porfilii ad "Categorias Aristotilis". Initium: "Cum sit necessa"rium Grisarori (a) et ad eam que est apud Aristo"telem predicamentorum doctrinam nosse quid "sit genus quid species". Finis: "Sed sufficiant "etiam hæc ad descriptionem eorum comunita"tum et tradictionem. Explicit liber porfilii". Cujus nostra ex græco latina sit versio, me latet; non esse Julii Pacii, quæ exstat in edit Opp. Aristot. Du Vallii Paris. Fol. 1654. collatio docet; fortassis Victorini Rhetoris, qui Isagogen Porphyrii latine reddidit. Convenit autem cum versione, quæ typis prodiit Venetiis per Andr. de Asula 1483. Fol. in Biblioth. nostra A 2. 5.

(a) Chrysaori

Porphyrius /: patria Syro-Phoenicum linguæ: Malchus:/ natus a. ch. 233. natione Judæus, professione Philosophus, fide Catholicus, sed ea temporibus Diocletiani abjurata, acerrimus illius hostis factus, Romæ obiit Septuagenario major. In gratiam Chrysaorii, sui quondam discipuli, patricii Romani, qui Aristotelem satis intelligere nequiverat, hanc Isagogen seu Introductionem exaravit. Vid. Fabric. Bibl. græc. lib. IV. c. 27. p. 181. et ibid. p. 204. Lucæ Holstenii de vita et script. Porphyr. dissertat.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 62 [Verbleib unbekannt]

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 134.

Aristotelis Categoriæ.

2.

Aristotelis Categoriæ, seu Prædicamenta. Situs. Tus: "Incipit liber prædicamentorum Aristotilis." Initium: "Equivoca dicuntur quorum nomen so. „ cum comune est." Finis: "Sed qui consueverunt „ dici pene omnes enumerati sunt. Explicit „ liber predicamentorum aristotilis. deo grãs amen." In edit Opp. Aristot. citata habentur T. I. p. 20. sed versio alterius est.

Gilberti Porretani lib. de 6 princi pijs.

3.

Gilberti Porretani liber de sex principijs. Situs. „ Incipit liber Sex principiorum." Initium: „ Forma est compositioni contingens Simplici „ et invariabili essentia consistens." Finis: „ cui ineſt secundum naturam moveri usigni. „ Explicit liber Sex principiorum". Opus istud Sopius editum est in antiquis latinis Aristotelis editionibus, tantique ab Alberto Magno estimatum, ut illud proprijs explanaverit commentarijs, quos habes octo tractatibus in edit. opp. Alb. M. T. I. p. 194. et Segq.

Gilbertus Porreta seu Porretanus, Philosophus subtilis, patria et Episcopus Pictavensis, Scriptis clarus, vivere desijt 1154. A S. Bernardo erroris de SS. Trinitate incusatus, in concil. Remensi 1148. Scripta sua benigne inter-

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 62 [Verbleib unbekannt]

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 135.

„pretari coactus est. De hac controversia vid. Otton. Frising. L. 1. de reb. gest. Frid. Imp. c. 46. et Segq. Baron. Anal. ad an. 1148. De Gilberto fuse Oudin. de Script. eccles. T. 2. col. 1276.

Aristotelis Perihermenias.

4.

Aristotelis liber ΠΕΡΙ ΕΡΜΗΝΕΙΑΣ, seu de Interpretatione, scilicet nominum ac verborum, atque adeo de enunciationum vi ac significatione. Titul: „Incipit liber primus perierminias A„ristotilis." Init: „Primum oportet constituere „quid sit nomen et quid verbum". Finis: „Simul autem eidem non contingit inesse contra„ria. Explicit liber perierminias amen. deo „gratias amen. 1478." Versio ab illa, quae est in edit. Du Wallii, discrepat; forsitan est Joh. Argyropoli, cujus translatio in antiquis latinis Aristotelis editionibus occurrit.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 62 [Verbleib unbekannt]

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 136.

Aristotel. Analyticor. priorum libb. 2. et posteriorum libb. 2.

5.

Aristotelis Analyticorum priorum libri duo, et posteriorum totidem. Galenus de libris proprijs T. 4. p. 367. inuit, veram et antiquam inscriptionem Analyticorum priorum fuisse de Syllogismo; posteriorum de Demonstratione. In edit. Du Vallii habentur T. I. p. 73. In codice nostro Titulus est: "Incipit liber primus priorum anaeleticorum Aristl." Init: "Primum oportet dicere circa quid et de quo intentio". De versione nihil certi habeo. Coeterum integer codex multis est refertus annotationibus marginalibus.

Jo. Regiomontani Tabulae Directionum.

Cod. LXIII. deest

Chartac. 4to min. Sec. 15.

Joannis Regiomontani Ludus Pannoniensis, seu Tabulae Directionum profectionumque, cum sinuum Canone ad radium 60000, contra Archidiacon. Parmensem. Praefixa est Epistola dedicatoria, cujus Rubrica sonat: "Reverendissimo in Xto patri ac domino domino Joanni Archiepiscopo Strigoniensi Joannes de Regio monte se humiliter commendat;" initium vero: "Magnam esse admodum et fuisse semper in edendis libris" etc. Finis: "quas ubi pro acumine ingenii tui probaveris in publicum prodire jubeto Vale praesulum decus". Sequitur dein institutio de usu tabularum

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 62 [Verbleib unbekannt]

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27405